



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1844

XXVII. Die Grafen Ulrich und Günther vereignen dem Kalande zu Neuruppin, zur Erfüllung der letztwilligen Verfügung ihres Vaters, Besitzungen zu Radensleben, im Jahre 1396.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54407](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54407)

gelegen Heyne wreden Cone wreden et nicol. wreden twe huene unde hoff to trefkow, alle ore vader hadde.

Vom Dr. Kampe mitgetheilt.

XXVII. Die Grafen Ulrich und Günther vereignen dem Kalande zu Neuruppin, zur Erfüllung der letztwilligen Verfügung ihres Vaters, Besitzungen zu Rodensleben, im Jahre 1396.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Ulricus et Ghuntherus, dei gratia Comites in Lyndouw, Ad singulorum noticiam tam presencium quam futurorum cupimus peruenire, Quod constituti eoram nobis famosi famuli, Engel et Hinricus, patrui dicti de Bellin, fideles nostri et dilecti, morantes in Rodensleue, Resignauerunt ad manus discretorum virorum fratrum kalendarum Sti. spiritus in noua Ruppin vnam curiam in villa Rodensleue, Quam nunc inhabitat Thydeke Leyst, Et vnum mansum liberum, quem de eorum liberis mansis acceperunt et eidem curie annexerunt. Et nos dictum mansum dicte curie annectimus perpetue mansurum, tamquam ab initio ville eidem curie annexus fuisset, cum omnibus prouentibus eiusdem curie et mansi iam dicti, videlicet cum pacta, censu, precaria, cum pullo fumali, decima minuta, cum omni seruicio reali et personali, cum omni iure supremo et ymo et cum omnibus predictae curie et mansi pertinencijs tam in villa quam in campis, videlicet cum agro, areis, lignis, pratis, pascuis, cum omni iure et libertate, Sicuti prefati de bellin hec hactenus a nostris progenitoribus et a nobis in pheodum tenuerunt, Sic quod Incola ipsius curie ad nichil aliud, preterquam ad iura villana et excessus frate teneatur. Insuper super mansum, quem modo colit Heyne bechelin tres solidos nouorum brandenburgensium denariorum in censu super diem michaelis annuatim persoluendos, Et super curiam, quam nunc inhabitat Junior Claus kubir, sex solidos nouorum brandenburgensium, in censu Cozzatorum, eciam super diem michaelis annuatim persoluendos. Pro quibus bonis iam dictis, que ad duo frustra annue pensionis se extendunt, Predicti fratres kalendarum supradictis Engelen et Hinrico de bellin duodecim marcas argenti in promptis grossis, puta vnam sexagenam cum octo grossis pro qualibet marca, iuste empcionis titulo persoluerunt. Et quia nobilis comes Albertus, pater noster dilectus, pie recordacionis, in vltima sua voluntate proprietatem duorum frustorum reddituum pro testamento fratribus assignauit memoratis, Nos igitur dicti patris nostri vltimam voluntatem omni studio implere desiderantes, matura deliberatione prehabita, Damus et presentibus donamus predictis fratribus kalendarum omnimodam proprietatem antedictorum honorum cum omni vtilitate, fructu et libertate, cum omni iure supremo et ymo et cum omni seruicio reali et personali, ut premissum est, perpetuis temporibus duraturam. Renunciamus itaque presentibus sollempniter dictis bonis eorumque omni iuri, omni libertati, actioni cuiuslibet, successioni et proprietati nobis ac nostris heredibus ac successoribus vnquam de iure uel de facto competentibus in futurum adeo, quod dicta bona tamquam deo dicata et sacra nullo debeant incommodo seculari subiacere. Vt autem hec nostra donacio perpetuo stabilis maneat et sincera, presens scriptum dedimus de nostra certa sciencia nostris sigillis auctenticis sigillatum, Presentibus honestis viris domino Johanne bouwer, plebano in wulterhusen, capellano et notario nostro dilecto fideli, Coppe deytz, Hermanno nykamer, Hermanno schonermarke, ciue in wulterhuse, et quam pluribus alijs fide dignis, Testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Datum in castro nostro Reppin, Anno domini M^o. CCC^o. nonagesimo sexto, Feria tertia ante diem Beati Mathei apostoli et euangeliste.

Nach dem Originale im Gutsarchive zu Rodensleben.